Quelle: https://manuscripta.at/?ID=31239
Copyright: CC BY 4.0 <img src="https://manuscripta.at/styles/icon_cc_by.png"> Kontakt: Stift Stams   <img src="https://manuscripta.at/styles/universitaets-landesbibliothek-tirol.png" height="48">   <img src="https://manuscripta.at/styles/BMKOES_Logo.svg" height="48">   <img src="https://manuscripta.at/styles/EUnion_POS1.jpg" height="48">>

auream barbam detrahens: Esculapio incongruens & iniquum esse
ait: cum apollo pater eius imberbis adhuc esset ac leuis. priorem filium:
q̃ patrem barbatum uideri. Item pateras & exuuias & purua q̃dam
sigilla: quae simulacrorum potentis in manibus tenebantur: detrahebat
& accipere se illa non auferre dicebat: Per q̃ N. stultum esse & ingratum
nolle accipere ab his ultro porrigentibus: a quibus bona sibi homines
precarentur: Haec ille impune fecit: quia rex & uictor fuit: Cum &
sequuta est eum solita felicitas: Vixit N. usq; ad senectutem. regnũ p ma
nus filio tradidit: In eo igitur: quia homines sacrilegia uindicare nõ po
terant oportuit deos ipsos sui uindices esse: At si humilis quid tale cõ
miserit: huic presto sunt flagella. ignes. ceuleri. cruces & quicquid exco
gitare iratis ac furentibus licet: Sed cum puniunt deprehensos in sacri
legio. ipsi de deorum suorum pãte diffidunt: Cur N. ipsis potissimũ re
linquant ulciscendi sui locum: si eos posse aliquid arbitrantur: Cum
& putant illorum numine accidisse: ut predones rerum sacrarũ comp
hensi tenerentur: & sentiunt non tam ma: q̃ metu: ne si deorum iniuri
am non uindicauerint: ipsos expectant poenae: Incredibili scilicet & uã
tate: qui nocituros sibi deos putent ob. aliena scelera: qui ipsis a quibus
uiolati spoliatiq; sunt per se ipsos nihil nocere potuerunt: At N. sepe ipsi
quoq; in sacrilegos uindicauerunt: Potestrid vel casu accidisse q̃. aliqũ
non semper. sed paulo post. quid acciderit: ostendam: Hunc iterũ q̃ro:
cur illa tot ac tanta sacrilegia in dionisio non uindicauerint: qui non
furtim: sed palam ludibrio deos habuit: cur hunc tam potentem sacri
legum a templis a cerimonis. ab imaginibus suis non abiecerunt. Cur
& sacris rebus ablatis prospere nauigauit: quod loco ipse testatus est: ut so
lebat: uideris ne inquit comitibus suis naufragium timentibus: q̃ ps
pera sacrilegis nauigatio ab ipsis dis immortalibus tribuatur: Sed hic
fortasse a platone didicerat deos nihil esse: Quid c. Verres: quem Tul
lius accusator eius eidem dionisio & phalaridi. & tyrannis omnibus cõ
pat: Nonne omnem Siciliam compilauit sublatis deorum simulacris or
namentisq; phanorum: Otiosum est prsequi singula: Vnum libet cõ
memorare: In quo accusator omnibus eloquentiae umbris: omni deiq;
conatu vocis & corporis deplorauit: de cerere vel catinensi uel etnensi:
quarum alterius tanta fuit religio: ut adire templi eius secreta penetlia
uiris nephas esset & alterius antiquitas tanta: ut omnes historiae loquã
tur ipsam deam in etne solo fruges primũ reperisse: filiamq; eius vir
ginem ex eodem loco raptam: Deniq; gracchanis temporibus turbata

Plato.
Verres.

re. p. & sedit